

Vt cuius capitulo pro libris pectoris fondamentis  
aliquot

Sed etiam quod est in libro de laudibus et ceteris  
Moralibus, deo gratias habet primi suorum  
autem

Officium nunc possit optime esse.

**AD. ILLVSTREM. EXCELLENTISSIMVM. ATQVEA  
CONSULTISSIMVM. VIRVM.  
DOMINUM.**

**D. IOANNEM. BVRCHARDVM.  
MENCKENIVM.**

HÆREDITARIVM. IN GOERNITZ

AUGVSTISS. POLON. REGI ET. ELECT. SAXONA.  
A. CONSILIIS. AVLÆ. ET. IVSTITIAE. HISTORIOGRAPH. REGIVM  
ET. HISTORIARVM. PROF. PVBL. MAI. PRINC. COLL. COLLEG. SOC.  
REGIÆ. BRITANNICÆ. SOCIVM. ET. PHILOSOPHORVM  
LIPSIENSIVM. NVNC. BRABEVTAM

CVM. FILIVM. SVVM. NATV. MAXIVM.

**FRIDERICVM. OTTONEVM.  
VIRVM. IVVENEM. ORNATISSIMVM.  
IN. PANEGYRI. SOLENNI**

TERVM. CREARET.

VOTIVVM. CARMIN.

CHRISTOPHORI. LUDOVICI. CRELLII.

IVR. VTR. ET. PHILOS. DOCT. ET. PROF. PVBL. E. O.

LIPSIA. D. XV. FEBR. MDCCXXXV.



Kapitel 78 IV 13 [93]

AK



Vam cuperem pro me pietas loqueretur, &  
ardor

Sanguinis, & studii cura calorque mei;  
Multaque, quæ frustra salit his mihi guttula  
venis

Officium linguae possit obire meæ.

Forsitan illa suo fuerit magis enthea vate,

Atque magis numeris sit numerosa meis,  
Forte ita sufficerent studiose carmina menti,

Atque aliqua fuerim sic tibi parte pius.

Nec fuerint tamen illa satis mihi, nec mea possint

Officia & studium significare meum.

Scilicet ut paucis complectar multa, salutis

Prima Tua est nostræ portio visque salus.

Atque Tua in primis vita & bonitate valemus,

Deque animis capimus vimque animosque tuis.

Sed Tua nunc major vita est, sacrisque medullis

Ex decoro est nati multiplicata tui.

Bisque adeo nobis ac orbi vivis: & una

Vita Tua & nati est altera vita tui.

Ut solet in virides quæ pullulat a rdua ramos

Arbor, in emissâ vivere prole magis.

Nunc ego qui dudum per Te defensus inermis

Nempe patrocinii tegmine vivo tui;

Quid dubitem tanta porro residere sub umbra,

Cum tua sit ramis amplior umbra tuis.

At mea nunc torpet pietas mihi, nec bona verba

Novit, & ingenio diffusa tota suo est,

Et frustra numeros frustaque invita fatigat

Carmina, & invita per strepit ægra lyra.

O quoties laudesque tuas iterare canendo

Optavi & versu dicere posse meo.

Nunc stupuit mihi mens; & quæ sperata petuntur

Esse solent votis cuncta minora meis.

O quoties, pro me quando suspiria duxi

Pars aliqua & pro Te ducta tuisque fuit.

Hæc tacitus feci tecum. nunc provida poscit

Officii pietas publica signa mei.

Quid faciam? gratas poscunt in munera vires

Tam mea tam gentis debita multa mea.

Svadet enim mihi sanctus amor, mentemque fatigat.

At potius nostris viribus illud erat.

Nec modulis poteram merita exæquare canendo;

Est numerus numeris amplior ille meis.

Sed superis quoque parva placent; & paucula verba,

Officiique tenet vel voluisse locum.

Quidve Tibi dubitem superum quoque dona probari;

Est similis, pressos qui tegit, ipse Diis.

Vix oculos movi primum, duxique labella

Et poteras jam dum cognitus esse pater.

Sæpe parens gremio puerum me fovit, & ulnis

Innectens in Te juvit habere patrem.

Deque tuo multum cupidus, narravit amore

Deque fuit meritis fabula prima tuis.

Et junctum socio cecinit Damona: sed hujus

MENCKENIVM exemplum dixit amoris habe.

MENCKENIIQVE lares patula mihi sæpe fenestra

Obtulit: Hæc requies, hæc mea cura domus

Hæc tibi forte, puer, trepidæque sit anchora dixit

Suffugiumque tuae consiliumque rati

Vera dedit pater auguria, & cognovimus omen

Deque tua cœpit nostra salute salus.

Vix numeri crepuere mei, vix horridus oris

Emissus primum est met trepidante sonus.

Et tua me texit bonitas capitique corollam

Imposuit, primæ gaudia prima lyræ.

Teque probante lyram, teque arbitrante canebam

Asper & ingenio credulus ipse meo.

Sic numeros modulosque meos mea maxima dona

Et nomen Vatis debo nempe Tibi.

Mox quoque cum rapidis ætas adolesceret annis

Et Tuus in juvenem sic adolevit amor.

Si favet Augustus, nec enim monumenta favoris

Suprimo, Te nobis conciliante favet.

Nec starem loquererque mea, qua fisto cathedra

Ni dederint per Temitia fata viam.

Sæpe etiam, quoties media de nocte sedebam  
Et Tua conspecta est nocte lucerna vigil,  
Detanto nobis ignem succendimus igne,  
Atque fuit stimulus tunc memisse Tui.  
Denique quod nostræ est nomen, quæ gratia Musæ  
Quid valeat contra tot mea cura malos?  
Angimur, opprimimur, male conculcamur & olim  
In multas cadimus parvula præda munus;  
Sed Tua nos servat bonitas soloque favore  
Nominis invidiam diluo nempe Tui.  
Sic solet, atroci est quo tempestate receptus,  
Et nosse & tumulo nauta notare locum.  
Talia debebant memori comprehendere versu,  
Et merita & laudes commemorare Tuas,  
Et nati ingenium & rarum virtutis honorem  
Totque voluptatis nuncia fata Tua.  
At mea quid tantas obscurent carmina laudes,  
Quid famam numeris dimidientque meis.  
Estnatus laus ipse sibi, meritisque paternis  
Conspicuus, laudes nunc habet ipse suas.  
Sed bona fata tamen mente anticipante precabor  
Et fortunatos esse jubebo dies.  
Ter generas natum. Primo sacra patris imago  
Ingenium & virtus sanguine parta Tuo.  
Sic ridet, sic labra movet, sic lumina gestat  
Sic solet erectum Te duce ferre pedem.  
Mox etiam dotes finxisti ac arte paterna  
Et monitis factus consiliisque pater.  
Nunc adeo titulis dignoque creabis honore,  
Ut sciat omne suum muneris esse Tui.  
DI dederint quartum generes, & munere macto  
Des quoque in excelsô posse federe loco,  
Quæque mihi patrio dispensas largus amore  
In natum jubeant cuncta redire. Tuum.

78 N 13 E937 X 3013 +11

Von demselben bis zu den ersten folgenden Seiten  
Sobald ein Schriftsteller einen solchen Satz ausdrückt,  
wird er sich auf die nächsten Seiten beziehen.

Wiederholungen, die sich auf die nächsten Seiten beziehen,  
werden ebenfalls auf die nächsten Seiten beziehen.

Offizielle Briefe und Dokumente werden  
nur auf die nächsten Seiten beziehen.

**LUSTREM EXCELLENTISSIMVM ATQUE A  
CONSULTISSIMVM VIRVM.**

DOMINUM.

**ANNEM. BVRCHARDVM.  
MENCKENIVM.**

HÆREDITARIVM IN GOERNITZ  
SS. POLON. REGI ET. ELECT. SAXON.  
AVLÆ ET. IVSTITIÆ HISTORIOGRAPH. REGIVM  
FARV. PROF. PVBL. MAI. PRINC. COLL. COLLEG. SOC.  
E. BRITANNIÆ. SOCIVM. ET. PHILOSOPHORVM  
LIPSSENSIVM. NVNC. BRABEVTAM

FILIVM. SVVM. NATV. MAXIMVM.

**DERICVM OTTONEM.**

IVVENEM. ORNATISSIMVM.  
IN. PANEGYRI. SOLENNI  
TERVM. CREARET.  
VOTIVVM. CARMIN.

CHRISTOPHORI. LUDOVICI. CRELLII.

VTR. ET PHILOS. DOCT. ET. PROF. PVBL. E. O.

**LIPSIA. MDCCXV. FEBR.**

**AXXXV.**

**LIPSIENSIS.**

**LIBRARIA.**

**UNIVERSITATIS.**

**HALLE.**

**SAALE.**

**LANDESBIBLIOTHEK.**

**DU**

Kapsel 78 IV 13 [93]

Ak

